



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Innocentius PP. VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

cio vos vel duo aut vnus vestrum exequamini perinde ac si Episcopus ipse non discessisset ante illarum executionem & tale dubium non oriretur ac tanquam littere illæ à nobis emanassent. Præmissis & aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum* sub annulo piscatoris, die XXI. Aprilis, Millefimo Quadringentesimo LXXXVI. Pontificatus nostri anno secundo.

Venerabili fratri *Vdalrico* Episcopo *Adrimitan.* ac dilectis filiis Præposito Beate *Maria* in *Garfis* *Salisburgensis*. Dioc. nec non *Matthie Kyndt* Canonico *Eyfferten.* Ecclesiarum & cuiuslibet eorum in solidum.

Hic: *Balbanus.*

Innocentius P. P. VIII.

Dilecte fili salutem & apostolicam benedictionem. Intelleximus te decessisse retrahere bona per te data pro dote Præposituræ erigendæ in Ecclesia *S. Wolfgangi* ex concessione apostolica; & hoc facere propterea. quod Venerabilis pater. Episcopus *Frisingen.* eleemosynam quæ à Christi fidelibus etiam pro huiusmodi dote impenditur vult in alium vsum conuertere. Displicet hoc nobis quia videmus ex hoc impediri ipsam erectionem & diuinum cultum minui, scribimus itaque ad ipsum Episcopum super hoc oportune, & tuâ nobilitatem hortamur, ne id facere velit, sed permittere & procurare, vt dicta Præpositura erigi dotari possit iuxta ordinationem & mandata apostolica. Erit hoc pietate & religione tua dignum & apud Deum meritorium. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum* sub annulo Piscatoris, die 14. Februarij M. CCCC. LXXXVII. Pontificatus nostri anno tertio.

Dilecto filio Nobili viro *Sigismundo* de *Fraunberg*, Baroni *Frisigen.* Dioc.

Hic: *Balbanus.*

Innocentius PP. VIII.

Dilecti filij salutem & Apostolicam benedictionem. Vt erectio Præposituræ nouæ Ecclesiæ sancti *Wolfgangi Frisingensis* Diocesis debito effectui demandetur, quam ab aliquibus impediri audimus, hortamur deuotionem vestram & monemus patèrne curare velitis, vt eleemosynæ & prouentus dictæ præposituræ obuènientes in dotem illius & non in alium vsum omnino conuertantur, iuxta tenorem litterarum super dicta erectione expeditarum: prouidendo ne eleemosynæ prouentusque ipsi in alias manus deueniant, nisi in eas quæ venire debent ex tenore bullarum pro dote paranda & complenda. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum* sub annulo piscatoris, die prima Septembris, Millefimo, Quadringentesimo, LXXXVII, Pontificatus nostri anno tertio.

Dilectis